

terrae commendatum ostenderet. Cumque ab hac oratione consurgeret, sociis coepit assignare locum, ubi sanctum sperabat esse corpusculum sepultum. Illi vero vigilantissimo studio terram aggressi viriliter fodere coeperunt. Et cum paulatim in altum tenderent¹, magnorum lapidum invenerunt acervum. Quos cum evellerent, viderunt sarcophagum iam bona parte nudatum. Isti vero manibus, abbas quoque indefessis precibus laboravit. Tunc demum quidam ex illis presbyter et sacer monachus Baatdo nominatus summa veneratione accedens lapideum aperuit tumulum. Cumque interius aspiceret, invenit ligneum² scrinium et in eo pallio involutum totum sanctum Philippum. Odor autem tante suavitatis de sepulchro exivit, ut si adesses, aliquid spiritale unguentum de paradiso oblatum crederes. Quod³ cum beatus abbas, ubi orationis gratia prostratus ad terram iacebat, naribus saperet, surrexit, et pariter cum dei timore et amore humiliter tantum mysterium venit videre. Cum autem diutissime tam sacra et insatiabili visione oculos pascere atque totam animam tanto gaudio inebriarent, ipse abbas spiritu sancto afflatus magno clamore instituit hymnum: Te Deum laudamus. Ex hoc itaque strepitu ecclesiae custodes vicini vel alii populi quamplurimi expefacti coeperunt simul ad ecclesiam concurrere et, quid hoc facti esset, inquirere. Cumque veritatem rei comprehenderent, miro gaudii amore coeperunt noctem illam in dei laudibus honorifice usque ad diem deducere.

Von den nun folgenden Miracula sei nur einiges mitgetheilt.

Incipiunt miracula. De ancilla contracta et de ovis.

In dem benachbarten Dorfe Wachenheim wird die ganz contracte Magd des Thiedo geheilt.

De muto filio. Im benachbarten Nivera, d. i. Niefernheim in Rheinbayern auf der linken Seite der Primm, wird der einzige stumme Sohn einer Mutter geheilt.

De muliere a pueritia ceca (mit Bild). Sie wird 'prostrata ante sepulchrum beati Philippi' sehend, fürchtet aber daraufhin von den Leuten kein Almosen mehr zu erhalten, worauf sie wieder erblindet und im Felde umherirrt. Gute Leute, sich ihrer annehmend, führen sie nochmals zum hl. Philipp⁴, der sie erhört.

De quodam claudo. Idem laudatus abbas (Adalbertus), cuius mentionem foeci superius, cum quadam die orationis

1) Im Drucke 'tetenderent'. 2) Der Druck 'lineum'. 3) Der Druck 'quid'. 4) St. Philipp wird abgebildet mit der Messcasula, einen Krückenstock in der Rechten.